



significabant Egyptios, Babylonicos, & alios ho-

Isidor. Lyran. Abulen. Carthuf. Hugo.

Merita Iu- storum suos defendunt. Isidor. Lycopom.

QVÆSTIO IX.

Quare Christus nobis non proponit in exem- plum abiectiorem cum descenderit de celo, sed quod animam pro ouibus dederit?

68.

IT Christus Dominus: Ego sum pastor bonus. Bonus pastor dat animam suam.

Prelatus potius doceat opere, quam verbo. Damian.

69.

Ad nostram quæstionem. Cur non dixit, Ego sum bonus pastor, qui de celo descendit, ac me metipsum humiliavi, quod merito dubitat Rupertus in præfati: Poterat, ait, bonitatis huius formam sumere alius, quia cum esset in Dei forma se ipsum exmanuit.

Facilior homini vita diffusio, quam splendore abiectionis.

possit imitari, & hoc solum, quod imitabile est, modo proponit.

70.

Accessit ad Christum quidam adolescens bono, ac religioso animo, vt docent D. Basiliius homil. contra Auaros, D. Chrysothomus, Euthymius, Theophylactus, Carthufianus, & alij. A Domino quærit, Magister bone, quid faciam, quid boni faciam, vt habeam vitam æternam? Cui Christus respondit ad obtinendam salutem æternam seruanda esse mandata, nempe: Non homicidium facies, non adulterabis, & diliges proximum tuum sicut te ipsum.

Basil. Chrysof. Euthym. Theophyl. Carthuf.

Syriac.

March. 9.

D. Thom.

Promptior homo vt abiciat vitam, quam splendorem.

QVÆSTIO X.

Quare character boni pastoris non est vt honoretur, sed quod pro ouibus det animam?



D nostram quæstionem respondet D. Chrysothomus in Psalm. 113. Hoc maxime, ait, ostendit principem, quod scilicet suorum curam gerat, eisq; prouideat, ac prospiciat. Ideo dicebat Christus: Pastor bonus, non dixit, honoratur, & colitur, sed animam suam ponit pro ouibus suis.

71.

Chrysof.

Pastor non quarat sui honorem, sed gregis commodum.

72.

Luc. 23.

Chrysof.

Latro cognoscit regem, quia crucifixum videt. Imperatorum est pro omnibus mori, &

VERSIONES.

Syriacus n. 12. Quum videt lupum venientem deserit oues, & fugit; venit autem lupus, rapit, & dissipat ei oues.

D. Cyprianus Et relinquens oues effugit.

Arabic n. 13. Mercenarius tantummodo fugit: quia mercede conductus est, & non habet curam de ouibus.

D. Augustinus. Non est ei cura de ouibus.

Vatiblus. Oues non sunt illi curæ.

EXPOSITIO VI.



MERCENARIUS autem. Hic agit, vt notat D. Thomas, de malo pastore ostendens ei contrarias conditiones inesse à conditionibus boni pastoris. De quo quæst sequenti in initio. Et tribus modis id declarat. Primò. Mercenarius, qui nempe pro mercede, & non bono ouium laborat. Vt ait D. Gregorius homil. 14. Secundò. Qui non est pastor; nam verus pastor intendit ouium pascua, & non suum lucrum. Tertio. Cuius non sunt oues propriae. Possessione nempe. Nam vt ait Caietanus, contingere poterat, vt si non esset pastor, esset dominus ouium, & adesset præsens, cum lupus veniret. Vidit lupum venientem, ad oues deutorandas. Lupus, vt docent D. Augustinus ferm. 49. de tempore, Beda, D. Thomas, D. Bonauentura, significat diabolus, vel hæreticum, vel tyrannum. Dimittit oues, & fugit. Ne eodem cum ouibus periculo inuoluatur. Et lupus rapit. D. Anselmus: Lupus rapit, ait, quia diabolus ea merita, que videbantur, habere tollit. Et additur in textu: Et dissipat oues. Idem D. Anselmus explicat: Quia dissipat eius actiones, vt omnia, que fecerit, sint inconposita, & incongrua, & dissidentia. Studium mercenarij seminare dissidium; boni verò pastoris vnitatem, fiet vnus ouile, & vnus pastor.

96. D. Thom.

Gregor.

Caietan.

August.

Beda.

D. Thom.

Bouaquent.

Anselm.

Mercenarius discordias.

bonus pastor vnitatem seminat.

47.

Gregor.

Mercenarius querit lucrum, & non ouium commodum.

Latro cognoscit regem, quia crucifixum.

& regis optimi pro communi utilitate, nunquam recusare supplicium; ipse dixit, quia pastor bonus animam suam ponit pro ouibus suis, & ideo Imperator bonus, animam suam pro his, quos regit, offerre festinat. Quoniam igitur animam suam pro nobis posuit, ideo enim Imperatorem voco. Nihil pulchrius dici potuit.

73.

Ion. 4.

D. Maxim.

Mors pro ouibus valde opportuna pastori.

74.

Hai. 53.

Pastor se se offerat morti pro subditis.

D. Basil.

75.

Zachar. 11. Chald. Damandus pastor, qui vult honorari à subditis.

Hieron.

Postquam Ionas prædicauit in Ninive, clamat: Domine tolle queso animam meam à me, quia melior est mihi mors, quam vita, Ion. 4. num. 3. Quæ vox vt valde præclara digna est pastoribus, melior est mihi mors, quam vita. Eamque Christi personæ accomodat D. Maximus homil. 1. de Paschate: Dicat hoc rebus Dominus Noster Iesus Christus, quia melior est mihi mors quam vita. Id est, viuens vnâ Iudeorum gentem saluare non potui, moriar, vt mundus vnversus vna morte saluetur. Maxime notandum, quod ait: Melior est mihi mors, quam vita. Cum potius videatur dicendum: Melior est mors mea, quam vita iis, qui salutem consecuturi sunt, illis erat valde expediens, vtpote necessaria, at ait: Melior est mihi mors, quam vita. Adeo pro onere sui muneris conueniens est mors pastori pro suis ouibus, vt illi quodammodo videatur opportunior, quam ouibus, quæ tali morte salutem, ac vitam sunt adeptura; & ideo non ait, Melior est mors ouibus, sed mihi.

De Christo Domino ait Isaias 53. num. 7. Sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram rudente se obmutescet. Quomodo dicitur ouis, si pastor ipse est, sub cuius cura, tutela, ac ducatu sunt oues commissa: ideo ouis, quia bonus pastor, hoc enim boni pastoris character, quod vt oues à morte custodiantur, ouis ipse fiat, vt mortij, ac iugulationi pro eis se submittat. D. Basiliius Seleucus orat. 26. Pastor, ait, pro ouibus, tanquam ouis iugulum præbet, non mortem recusat, non iudicium extrahit.

Vnde maxime deplorandi sunt iniqui Pastores, qui non gregis commodum, sed sui honorem, ac cultum ab ouibus querunt. Ad iniquissimum Pastorem loquens Zacharias cap. 11. num. 17. ait: O pastor, & idolum derelinquens gregem. Illa interiectio, o, multam habet vim, vt etiam habet Chaldaeus. Illam malitiam deplorat Propheta in hoc pastore suum gregem deserente, quod cum esset pastor, neglecta pastoris cura, intendit à suis subditis coli, ac honorari, tanquam si esset Deus, tanto enim affectu præterdit, vt aliquis supremus cultus ei impendatur ibi D. Hieronymus: O pastor, & idolum, ait, tam sceleratus est pastor, vt non idolorum cultor, sed ipse idolum nominetur, dum se appellat Deum, & vult ab omnibus adorari.

IOAN. 10. n. 12. Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriae, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit, & lupus rapit, & dissipat oues.

NUM. 13. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus.

Sylueira in Eaang. Tom. IV.